



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

& alijs pœnis *cap. si quis contumax*
 & *cap. qui Subdiaconum* 17. q. 4.
Felin. in c. irrefragabilis num. 6. de
offic. ord. quem refert, & sequitur
Piasc. in Prax. Episc. p. 2. c. 4. n. 97.
Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 118.
 & *d. p. 1. ref. 325. vbi dicit, quod in*
 Curia Archiepiscopoli Neap. clerici deferentes pugionem, vel tormentum bellicum pœna relegationis ad arbitrium eiusdem Curia, ignobiles verò pœna trirremium ad arbitrium condemnantur, & aliquando ex iustis causis pœna pecuniaria mutantur: potest enim Episcopus suis constitutionibus adiuuare ius canonicum imponendo pœnam vbi non est, seu iam impositam à iure canonico ampliare, & augere non solum contra clericos, sed etiã contra laicos c. 1. vbi glos. in *ver. non generaliter de consecr. dist. 3. c. 2. de maior. & obed. c. vt animarum de constit. in 6. & est cõmunis opinio.*

4 Huiusmodi verò pœnæ pecuniariæ locis pijs applicandæ sunt ex dispositione Concilij Tridentini, *sess. 25. de ref. cap. 3.* itã vt nequeat Episcopus sibi huiusmodi pœnas applicare, nisi esset pauper, & valde indigeret, vt *resoluit Sac. Congregatio teste Ricc. in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 126.* nec illas conuertere in mercedẽ Vicarij, seu aliorum officialium curia episcopalis ex declaratione eiusdem Sac. Congregationis apud *Piasc. in Prax. Episc. p. 2. c. 4. n. 97. Vulp. in Prax. iudic. c. 46. n. 3.* nec possit illas applicare seminario, aut sacristiæ ecclesiæ cathedralis, vt *consuit etiã Sac. Congregat. apud Ricc. in Prax.*

vt *sup. p. 4. ref. 127. 128. 129. & 130* nec fabricæ eiusdem ecclesiæ cathedralis, vel domus Episcopalis, vbi ecclesiæ reditus esset pingues, & itã etiã *resoluisse Sac. Congregationem testatur Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 107. n. 19.* ratio est, quia cū ad hæc omnia teneatur Episcopus, applicatio huiusmodi cederet in ipsius Episcopi commodum, vt *probat Ricc. in Prax. p. 4. ref. 127. & seq.*

6 Quæres, an Episcopus possit Clericis concedere licentiã deferendi arma? affirmat *Ricc. in Prax. p. 1. ref. 482.* quod intellige concurrẽte legitima causa, vt *sup. diximus.*

S V M M A R I V M.

- 1 Cõfessarij sollicitantes mulieres, vel masculos ad turpia suspecti sunt uebementer de fide.
- 2 Possunt procedere contra eos etiã ordinarij locorum.
- 3 Qua pœna plectendi sint huiusmodi sollicitantes.
- 4 Denunciandi sunt etiã si se se emendauerint.
- 5 Refertur contraria opinio.
- 6 Regulares puniti per S. officium eo ipso fiunt inhabiles ad gradus, & officia religionis.
- 7 In quibus casibus incurrantur pœna contra sollicitantes, & n. 8. & 9.
- 10 Tenetur mulier sollicitata denunciare confessarium, etiã si sollicitationi consenserit, limitatur n. 11. 12. 13. 14. & 15.
- 16 An denunciandus sit Cõfessarius qui de rebus turpibus cū pœnitente cõfabulatur in cõfessionario.
- 17 Quomodo probetur hoc delictum.